

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:


Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100




## De Turri Babil vel Babilonie.

**N**embroth gigas manu fortissimus. Noe pavo suo vita functo libidine dñandi succēsus apud babilonios imperium vsurpauit. Cuius regni pncipius in campo Sennaar incepit. in quo couentio nem habuit vir audacissimus et eloquentissim⁹ vt homines a dei timore reuocaret eis psuasit vt lateres facerent et igni coquerent et turrin edificarent excelsam. Cui⁹ cacumen vsq; ad celum pertingeret tanq; ascensuri per eam in celum. Quam cum edificaret magna eoz superbia se cōtra deum erigentes. Edificatium temeritatem dñs hac sola animaduersione pcussit. vt gentes due et septuaginta q̄ ibi cōuenerant: et descenderant ex tribus filijs Noe quibus vna erat lingua totidem linguaruz confusione supinducta. vt alter alterius vocem non intelligeret. Illa conspiratio sic dissoluta est: vt super omnem terre faciem spargerent. In quo loco aut̄ hec turris Babel stetit paucis notum est. Ferunt in oriente esse ciuitatem Emporū nobile chaldeozū ppe Eufratē Baldach vocitatum. Ibi incole aut̄ non longe ab vrbe videri magnā cōgeriem lapidum et deuastationem. Et ppter rupes et animalia venenosa nō patere accessum. eam ibi fuisse opinantur. Et ab hac singula ad eozum ciuitatem e babilonia traducta. Turris autem altitudo M. clxxiij. passuū a Beda fertur habuisse. paulatim altioribus in angustijs coartata describitur et vocatū ē nomen Babil. i. confusio. Cum ibi fuit labiū vniuerse terre. Et dñs super faciem cūctaz regionū eos dispersit.



**R**egnum Scithaz in regione septētrionali Initiū sumpsit. Vbi primū regnauit Thanaus. a quo et thanais fluius: ingenti cognitus fama nomen accepit. Qui in paludem defluit Aheotidem. quē q; Miualem appellauit Virgilius in quarto Georg. Hec itaq; regio ab ipō thanais diuiditur fluiuo. et vna pars remanet in europa. Altera in asia protēditur. Que aut est in europa ad Traciam terminatur: et pauca gignit animalia: et a flumine remanet illesa. Que vō in asia ad orientem vergens: diuersas cōtinet gentes: de quaz moribus dixit iustinus in primo Epitho. Cōmuniter aut̄ omnes Scithice gētes eq̄tantes deferunt arcus. Qui nō ex aratro: s; ex feris quas venant̄ vicitant. Regnū hoc quāq; vetustissimū sit: quia barbarū est. Inter quatuor regna principalia non cōputatur. Nulli tamē hoīm Scithica gens vnq; cessit: imo et dariū persarum regem fugauit. Lyrum occidit. Siphirionam alexandri magni ducem deleuit. Aesoin egiptioz regem cum omni exercitu et belli apparatu repulit atq; fugauit. Asiam ter bello subegit: et per annos multos sibi vectigalem fecit. Ex scithis autem multi exierut: qui res magnas gesserunt. E quibus amafones primo clarissime mulieres: que i bellis clara gessere facinora. Bactriani et parthi ab eis descenderunt. Attila etiam magnus et alq; sui qui pannoniam subegit: et aquileyam euertit: ac in germania multas edidit vastitates ab illis descendit. Zeliorbes hunozū rex qui contra Iustinianum imperatorē insurrexit ex scithia originem duxit. Ungari Cathelani Gothiq; vniuersi ex scithis emerere. Dani quoq; ac Turci ex scithia pdierunt. Ea quippe natio ex mago Noe nepote ortū habuit. Barbara em̄ gens est. Que nec iustum aliquid tenet nec rectum: serpentes et ydola colit: multis inuolutis libidinibus.



**R**egnum Assirioz in orientis plaga Anno vite Baruch. xxv (Eusebio referente) initiū sumpsit. Quod quidem regnum pre ceteris omnibus insignius fuit. Cum per annos. i. 302. a primo rege belo Mēbrothide vsq; ad Sardanapallū vltimū: sub regibus triginta septem porrectum fuerit. Assyria aut̄ asie regio fuit: que ab oriente fluiuo Eufhrate ab occidente nostro mari et egipto terminat̄. A septētrione vō habet Armeniam et Capadociam a meridie autem Sinū Arabicum habet. Et hec est Syria.